



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

C. xxix. Q[uod] p[ro] merito p[in]cipis format[ur] populus & ex merito
p[opul]i format[ur] p[ri]ncipat[us] deoq[ue] placido creatura q[ue]libet
mansuescit & seruit homini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

eque laudet vt actius vlixē laudauit in philotheta. Primo eiusdem tragedie sue principio. Inclite parua predite patria nomine celebri claroq; potens pectore: achiuis classib⁹ auctor grauis dardanis gentibus vltor laerciade. Nonissime patrē memorat. Ceterū omnes laudes iuri eius audisti. Nihil inde nec labertes sibi/nec anticia/nec acrisius vendicat. Hec tota vt vides laudis huius/propria vlixī possessio est. Nec aliud te in eodē vlixē homerus docet qui semp ei comitē voluit esse prudentiā quā poetico ritu mineruā nūcipauit. Igitur hac eadem comitante omnia horreda subiit: oia aduersa superauit. Quippe ea adiutrice ciclopi specus introiit: sed egressus est: solis boues vidit/sed abstinuit/ad inferos demeauit: sed ascendit. Eadem sapientia comitante scillam preter nauigauit/nec arreptus est: caribdi cōceptus est: nec retētus. Circes poculum bibit: nec mutat⁹ est. Ad latophagos accessit nec remansit. Sirenas audiuit: nec accessit.

¶ Q^z p merito principis formatur popul⁹: & ex populi merito formatur principatus/deoq; placido creatura quelibet mansuescit & seruit homini.

Capm. XXIX.

Necapuleius eleganter quidem & splendide & vtinaq; audiatur. Si enim in sui ipsius cultu quisq; laboret: & que exteriora sūt reputet aliena: profecto optim⁹ erit status singulorum & omniū/vigebitq; vtus/ & ratio pua lebit/regnatē vndiq; mutua caritate vt sit caro subiecta spūi & spūs plena deuotiōe dño famuletur. Que si pcesserint nec tumore capitis onerabuntur mēbra: nec destitutiōe mēbrorū/aut ignauia languēbit caput. Ista siquidē a peccati infirmitate pueniunt. Nā & inferiorū delicta bonū pncipē demerētur: & peccata superiorū subditis sunt occasio & auctoritas delinquēdi. Vñ illud. Oē caput languidū/& oē cor merēs a planta pedis vsq; ad vtricē nō est in eo sanitas. Mansuescit itaq; pnceps ab innocentia populi: & populares motus rēpmit innocētia principalis. Placida nāq; deo omnis creatura mitis est: & seruit homini/& eo indignate omnis creatura armatur in vltionem eius. Cornus hēliam pauit/vrsus famulatum impēdit prophete. Vt parcat danieli ferocitatem nature dediscit leo & collectam nescit esuriem. Vnda ficcis iustorum calcatur pedibus. Aduersus pueros succensus ignis in fornace non proficit. Ad votum fidei/aer imbres & terra fructum negat:& celum ipsum in impios euomit ignes suos.

¶ Breuis epylogus aduersus gnatonicus Capm. XXX.

Isaie. i.

ij. Regū. xvij
 iij. Regū. ij.
 Daniel. vj. z
 xiiij.
 iij. Reg. ij.
 Daniel. iij.
 ij. Regū. xvij
 iij. Regum. i.